

ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Oranationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in premissis Urbani Prædecessoris literis concessa sunt non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transmissis

S.8. Volumus quoque, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur tam in iudicio, quam extrailud, que haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die XVI. Maji MDCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno V.

CCLXXXIX.

Dat. 11. Julii 1729. Ann. 6.

Conceditur Indulgentia plenaria perpetua Visitantibus aliquam Ecclesiam Canonicorum Regularium, vel Monialium Ordinis Præmonstraten. ubicumque locorum quibusdam anni temporibus.

Alia Indulgentia plenar. perpetua iidem concessa fuit a Paulo V. Const. ed. 1606. Oct. 19., que postmodum confirmata reperitur ab Innoc. XII. Const. ed. 1697. Apr. 20. P.6.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium.

I Njunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut Cælestium munerum thesauros dispensationi nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam fidelium religionem, & Animarum salutem speramus in Domino profuturum.

S.1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis qualicunque ex Ecclesiis tam Canonicorum Regularium, quam Monasteriorum Ordinis Præmonstraten. tam hæcenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque Locorum existentibus in decima sexta Januarii, tertia, ac vigesima nona Martii, septima Aprilis, decima quinta Junii, nona Julii, decima tertia Augusti, & decima septima Novembris Mensium diebus si non sint impediti, si vero sint impediti die immediate sequenti respective non impedito, ac feria secunda infra Octavam Ascensionis Domini nostri Jesu Christi primis Vespere usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die ex prædictis id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceditur præfatis Indulgentia.

S.2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, que haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Fides habenda transumptis.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Julii MDCCXXXIX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCLXXX.

Conceditur universo Ordini S. Francisci, necnon Civitati, & Diocesi Afulanæ facultas recitandi Officium sub ritu duplici, & celebrandi Missam B. Seraphini de Afulo.

Dat. 18. Julii 1729. Ann. 6.

Similis concessio ab eodem Pontifice Const. ed. 1728. April. 12. P.4. facta fuit Canonicis Regularibus Præmonstraten. pro recitatione officii trium Sanctorum sui Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

S.1. CUM attenta approbatione publici Cultus vigore Indultorum Apostolicorum B. Seraphino de Afulo Ordinis Minorum Capuccinorum præfati, seu casus excepti a Decretis fan. mem. Urbani PP. VIII., facta in Congregatione Sacrorum Rituum sub die 11. Martii 1719., annuente postmodum die 19. Aprilis dicti Anni fan. mem. Clemente PP. XI., ex parte, & ad instantiam Marchionis Joannis Baptistæ Caucci d. Cause Postulatoris, Sanctissimo Domino nostro Benedicto PP. XIII. supplicatum fuerit, quatenus concedere dignaretur, ut in posterum, singulis annis, in honorem prædicti Beati die 12. Octobris Anniversaria illius obdormitionis in Domino, tam in toto Seraphico Ordine Minorum S. Francisci, quam etiam in Civitate, & Diocesi Afulana, ubi Sacrum ejusdem B. Corpus requiescit, & colitur, ac in Terra Montis Genarvii Firmanæ Diocesis, ubi natus fuit, recitari posset Officium, & celebrari Missa de Communi Confessoris non Pontificis sub ritu duplici ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur.

Preces hac de re porrectæ Sanctissimo.

S.2. Sanctitas Sua, cum prius recognosce, ac perpendi fecerit a Reverendissimo Carolo Alberto Cavalchino Archiepiscopo Philippen. Fidei Promotore supplicem libellum eidem Sanctitati Sæe porrectum, ac scripturas omnes super hujusmodi instantia jampridem exaratas, & impressas, cum animadversionibus Eminentiissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Lambertini tunc Fidei Promotoris, ac responsionibus ad eas per Postulatores datis, & nihil in illis a dicto Archiepiscopo Philippen. inventum fuerit, quod hujusmodi instantiæ obstare posset, Officium & Missam in honorem B. Seraphini prædicti pro die 12. Octobris, juxta petita, servatis tamen Rubricis Breviarii, & Missalis Romani, benigne indulget, atque concessit die XVIII. Mensis Julii MDCCXXXIX.

Concessio præd.

Con-

CCLXXXI.

Dat. 18. Julii 1729. Ann. 6.

Confirmatur Congregationis Indicis Decretum quo damnantur nonnulli Libri Latini, & Gallico Idiome impressi.

De alia prohibitione duorum librorum Gallico Idiome impressorum. vide aliam hujus Const. ed. 1728. Jun. 25. P.5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Decretum Sacre Congregationis Eminentissimi, & Reverendissimi Dominorum S. R. E. Cardinalium a Sanctissimo D. N. Benedicto PP. XIII., Sanctæque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque prohibitionem, expurgationem, & permissionem in universa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

Decret. præd.

S.1. SACRE Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respective suspensi fuerunt infrascripti Libri ubicumque, & quocumque Idiome, & inscriptione qualibet impressi, imprimendive, quorum Tituli:

Tituli præd. librorum, qui damnati fuerunt

S.2. Animadversiones Justii Henningii Bobemeri in Institutiones Juris Ecclesiastici Claudii Fleury cum Latina versione Joannis Danielis Graber 1724.

Casimiri Ordini Commentarius, & de Scrip-toribus Ecclesiæ, antiquis illorumque scriptis &c. Lipsiæ MDCCXXII. Tom. I., II., & III.

Conjura Sacre Facultatis Theologiae Duacensis in quasdam propositiones de gratia de promptis ex dictis philosophicis Dominorum Lengrand, & Marchal &c. accedit Appendix ad Causam professorum primarium Collegii Regii. Item Mintissa continens Censuram in Epistolam scriptam ab Er. D. mi-no Pierart Sac. Theologiae Licentiatæ &c. Typis edita annis 1722. 1724. donec corrigatur. Discours contre la persecution Traduit de Anglois Liege 1725

Epistola Disertatio Scoti Thomistica super fidei questione, utrum Doctor Angelicus revera docuerit pluribus in Locis B. Virginem fuisse immu-nem a peccato originali? Cui denuo accessit duplex dissertatio Dogmatica scilicet, & Historica circa B. Virginis Conceptionem. Stephani Chiesa labore concinatum. Taurisii MDCCXVI. Donec corrigatur.

Historie des Chevaliers Hospitaliers de S. Jean de Jerusalem appellez de puis Chevaliers des Rhodes, & Auourd Hui Chevaliers de Malte. Par Monsieur l'Abbe de Vertot MDCCXXVI. Tom. 1. 2. 3. 4., & 5. Joannis Gasparis Saicen Thesaurus Ecclesiasticus ex PP. Græcis ordine alphabetico concinatus Amstelodami MDCLXXXII. Joannis Geor-gei Waleby Commentarium Concilii Lateranensis a Benedicto XIII. celebrati Anno 1725. Lipsiæ 1727.

Joannis Murini Oconensis Theologiae speculati-va, & Moralis Venetiis 1720. Tomus Tertius.

Novveau Voyage d'Italie, avec un memoir contenant des avis utiles a ceux qui voudrunt faire le mesme Voyage par Monsieur Misson. Haye 1717.

Remarques sur divers Endroits d'Italie par Monsieur Addison pour servir au Voyage de Monsieur Misson Paris 1722.

The spiritual Director fortbese vubio have nove translated out of Franch Pined in the year. 1703. = hoc est = Spiritnalis Director pro his, qui nullam habent, ex Gallico translatus.

Traité des Loix Civiles, & Ecclesiastiques contre les Hæretiques par les Papes, les Empereurs, les Rois, & les Conciles Generaux, & Provinciaux approuvez par l'Eglise de Rome Liege 1725.

Triumphus Misericordie, idest Sacrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Institutum redemptio Captivorum, cum adjuncto Calendario Ecclesiastico Historico universi Ordinis Autore Ioanne a Sancto Felice Vienna Austria 1704.

S.3. Nemo itaque cujuscumque gradus, & conditionis prædictos libros in posterum vel imprimat, vel legat, vel retineat, si quos interim habuerit Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis a præsentis Decreti notitia tradat sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Prohibitio prædictorum librorum.

S.4. Quibus per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XIII. relatis, Sanctitas Sua Decretum Sacre Congregationis approbavit, & executioni mandari jussit.

Confirmatio relati Decreti

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis De Via Præfati, præfens Decretum signatum, & munitum fuit Romæ in Palatio Apostolico Vaticano die XVIII. Julii MDCCXXXIX.

CCLXXXII.

Indicatur Beatificatio Servi Dei Vincentii a Paulo Congregationis Missionis, & Puellarum, Charitatis Fundatoris.

Dat. 13. Aug. 1729. Ann. 6.

Alia hujus Const. ed. 1729. Mart. 12. P. 5. indicata fuit Beatificatio Servi Dei Fidelis a Symaringa.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Iustus, ac Misericors Dominus peculiarium quorundam Servorum, atque Elektorum suorum, quos a Constitutione Mundi in opus suum prædestinatos multiformis gratiæ suæ charismatibus instruxit, Sanctitatem interdum signis, atque portentis testatam facit in terris, ut illis, quos perennis gloriæ corona donat in Cælis, debite quoque Venerationis cultusa Fidelibus impendatur.

Exordium.

S.1. Inter quos, cum longe, lateque resfulerit Servus Dei Vincentius a Paulo Sacerdos Gallus, Congregationis Presbyterorum Sæcularium Missionis, & Societatis Puellarum Charitatis nuncupatarum Fundator, qui mirabili in Deum, ac Proximum Charitate (dilatante cor ejus Spiritu Sancto) succensus, veræque pietatis operibus, & præsertim animarum lucro jugiter intentus, pauperes Ruricolos, quos ut plurimum in ignorantia tenebris misere jacere dolebat, erudiendi, Fideique Catholicæ Misteria, & præcepta, ac viam salutis edocendi voto se, & Presbyteros dicte Congregationis obstrinxit, necnon Clero rite instituendo imprimis addixit, aliarumque omnium virtutum præsidio, & robore accinctus ex alto, toto peregrinationis, ac conversationis suæ tempore fidelem se Ministrum, strenuumque, ac indefessum Vineæ Domini Cultorem, & Operarium exhibuit, atque Ecclesiam universam nedum suavissimo

Landes præd. Servi Dei.

spi-

spiritualium aromatum odore implevit, sed etiam uberrimorum fructuum fecunditate locupletavit, plenusque dierum, ac meritum dilectus Deo, & hominibus, mortalis hujus vite cursum feliciter consummavit: Apostolici muneri, quod nos gerere voluit Altissimus, ratio exigit, ut tam splendidam lucernam diutius sub modico latere non sinamus, sed super Candelabrum ministerio nostro collocetur, ut luceat omnibus, qui in Domo sunt, ad Omnipotentis Dei gloriam, Catholicae Ecclesiae decus, Christianique Populi consolationem, ac spiritualem edificationem.

A Congr. Rituum ad illius Beatificationem deveniendi posse, de more decreta sunt.

§.2. Cum itaque mature, diligenterque discussis, etque perpenis per Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum processibus de Apostolicae Sedis licentia confectis super vita Sanctitate, & virtutibus heroicis, quibus idem Servus Dei Vincentius a Paulo multipliciter claruisse, necnon miraculis, quae ad eius intercessionem, & ad manifestandam hominibus illius Sanctitatem a Deo patrata fuisse asserbantur; Ipsa Congregatio Cardinalium coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse, quodcumque Nobis videretur, praedictum Servum Dei Beatum declarari cum solitis Indultis.

Præces Regis & Reginae Galliarum.

§.3. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis Charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi, ac Charissimae in Christo Filiae nostrae Mariae eorundem Francorum Reginae Christianissimae ejus Coniugis, plurimumque aliorum sublimium Catholicorum Principum, necnon Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac dilectorum Filiorum Cleri Regni Galliarum, totiusque insuper dictae Congregationis Presbyterorum Sacularium Missionis supplicationibus Nobis, & huic Sanctae Sedi super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio, & assensu, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Servus Dei Vincentius a Paulo in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiae Venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quot annis die Anniversaria felicitis ejus obitus recitetur Officium, & Missa celebretur de Confessore non Pontifice juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani. Porro recitationem Officii, ac Missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis dumtaxat infra scriptis, videlicet: in Pago de Podio, vulgo Poy, Aque. Provinciae Auxitan., ubi dictus Dei Servus natus est, in Castro de Clichy Parisien., & in Oppido de Chatillon juxta Principatum Dombarum Lugdunen. respective Dioecesium, in quibus curam Animarum obivit, ac in Civitate Parisien., unde ad Caelos evolavit, & ubi venerabile ejus Corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus Christianis tam Saecularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, ac in universa Congregatione Missionis praefata, tam quoad Clericos, & Presbyteros ejusdem Congregationis, quam quoad Convictos, & Alumnos, qui in illius Domibus commorantur; demum in singulis Ecclesiis,

Indulgentiam quaedam ad ejusdem cultum.

sive Capellis, vel Oratorii praedictae Societatis Puellarum, quam ipse Servus Dei sub nomine Charitatis instituit, pro Sacerdotibus Ecclesiarum, sive Capellarum, vel Oratoriorum, istiusmodi servitio addictis; Et quantum ad Missas attinet, etiam ab omnibus Presbyteris ad Ecclesias, in quibus Festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, & quoad Indiam a die, quo eadem litera illuc pervenerint inchoando, in Ecclesiis Pagi, Castri, Oppidi, Civitatis, Congregationis, ac Societatis hujusmodi Solemnia Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici Majori, die ab Ordinariis respective constituta, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint eadem Solemnia (pro qua re diem 21. currentis Mensis Augusti assignamus) pariter celebrandi facimus potestatem.

Solemnia Beatificationis indicantur

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula:

§.5. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii praedictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefecti, seu Propraefecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Fides habenda transcriptis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Aug. MDCCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCLXXXIII.

Confirmantur Decreta Capituli Generalis Congregationis Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti circa Abbates Titulares.

Dat. 6. Sept. 1729. Ann. 6.

De Abbatibus Titularibus dictae Congregationis vide Clem. XI. Const. ed. 1713. Apr. 12. P. 13.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus pastoralis Officii debito illa, quae a Congregationibus Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi vite Monasticae jugo mancipatorum pro felici, prosperoque earum in spiritualibus, & temporalibus regimine, & gubernio provide facta esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolabilia persistant, libenter cum id a Nobis petitur Apostolici muniminis nostri praesidio roboramus.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti, quod cum tunc existens Abbas Generalis una cum Definitorio ejusdem Congregationis animadvertisset ex modo, & ratione vivendi nonnullorum Abbatum titularium d. Congregationis tam de numero, quam supra numerum diversos in eandem Congregationem sensim obrepere abusibus, qui non minus in Regularibus observantia, & disciplina relaxationem, ac detrimentum, quam

Causa eodendi hujusmodi decreta, nempe abusus quidam Abbatum Titularium.

in Monasteriorum ipsius Congregationis gravamen, & dispendium tendebant, contra dispositionem quarumdam litterarum fe. re. Clementis PP. X. Praedecessoris nostri alias nempe die 27. Februarii 1671. editarum, quibus diserte cautum fuerat, quod ejusmodi Abbates Titulares nullam praerogativam, vel exemptionem, quae Monasteriis praefatis onerosa foret, pretendere valerent, atque in Ecclesia saltem diebus festivi Missae Conventuali, & Vesperis, ac diebus singulis mane orationi mentali interesse tenerentur, simulque istis abusibus, & incommodis exinde dictae Congregationi provenientibus occurrendi, efficacique remedium adhibendi necessitatem agnovisset in Capitulo Generali ejusdem Congregationis novissime celebrato post rem diligenter, ac mature ibidem discussam, atque inharendo tum praefati Clementis Praedecessoris literis, tum Constitutionibus dictae Congregationis per Sedem Apostolicam confirmatis quaedam circa eosdem Abbates Titulares Decreta, seu Ordinationes salubriter edita, & facta fuerunt.

Decreta praedicta Capituli Genet. ad praed. abusus tollendos.

§.2. Ut scilicet in posterum ejusmodi Abbates Titulares praesentes, & futuri Abbati Locali in omnibus subiaceant, nec eis liceat nominatim a Monasterio, seu Domo egredi abque licentia, & benedictione ipsius Abbatis localis, quo tamen absente non teneantur se personaliter existere coram Vicario, aliisque Monasterii Officialibus, sed id facere, ac supplere possint per Socium, seu Conversum sibi destinatum, qui singulis vicibus tam egressus, quam reditus ad Monasterium, seu Dommum, se coram illis omnino representare debeat, Choro sicuti alii Monachi assistant, ac praesertim intersint orationi mentali quolibet mane, Missae Conventuali, ac Vesperis canendis saltem diebus festivi ad praescriptum supra dictarum Clementis Praedecessoris litterarum, necnon etiam Missis absque cantu celebrandis, prout Superior localis injunxerit, & ordinaverit, excepto dumtaxat casu infirmitatis, aut alicujus particularis necessitatis per eundem Superiorem localem recognoscenda intervenire debeant in Refectorio prime mensae cum aliis Monachis. Vestiarium eis subministrandum, illud Vicarii Monasterii hujusmodi pro tempore non excedat, neque ipsis licitum sit quamcumque personam, quae illis inserviat, etsi Monasterio nullatenus oneri foret ad sui libitum eligere, sed contenti sint servitio personae, quae eis a Superiore locali praefato assignabitur a familia Monasterii ejusdem Superioris localis arbitrio, & sine publici servitii detrimento assumenda. Occasione visitationum simul cum aliis Religiosis intervenire debeant publicae receptioni Visitatorum, ad fores Ecclesiae fieri solita, necnon in Capitulo intimatione ejusmodi Visitatorum, quibus etiam subiecti existant, huicque Ordinationi Visitatores secluso insistant, sua ad hoc, si opus fuerit, utendo auctoritate: onerata pro enarratorum Decretorum executione, & implemento ipsorum Abbatum Titularium, ac Superiorum Localium conscientia.

Præces Procuratoris Genet. pro confirmat. none.

§.3. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Procurator Generalis praemissa, utpote, quae in Divini cultus augmentum, ac ejusdem Congregationis utilitatem, & levamen cedere dignoscuntur, quo solidius sub-

stant, & serventur exactius; Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, & attenta relatione dilecti filii nostri Nicolai S. R. E. Presbyteri Cardinalis Spinulae nuncupati dictae Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris Nobis super praemissis facta, omnia, & singula Decreta supra dicta, seu Ordinationes in memorato Capitulo Generali edita, sicut praemittitur, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adijcimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint supplemus, necnon illa exacte, & inconcussae observari, & adimpleri sub poenis quoad ipsos Abbates Titulares privationis suorum privilegiorum, vocisque activae, & passivae ipso facto incurrendis, quo vero ad Abbates, seu Superiores locales, qui in eis debite executioni demandandis, & servari faciendis negligentes, ac culpabiles fuerint Definitorii Generalis, vel Superiorum Generalium d. Congregationis arbitrio pro modo culpe infligendis auctoritate, & tenore praedictis praecipimus, & mandamus.

Confirmatio relator. Decret.

Præcipitur eadem observari sub quibusdam poenis.

§.4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis Ordinis, & Monasteriorum praedictorum, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula:

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VI. Septemb. MCCXXXIX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Re-

CCLXXXIV.

Dat. 17. Sept. 1729. Ann. 6.

Revocantur, & annullantur Ordinationes contentae in quibusdam foliis impressis sub titulo = Mandement de Monseigneur l'Evêque d'Auxerre, qui defend l'Office imprimé sur une feuille volante &c. cum prohibitione eorumdem foliorum.

Similis revocatio quarundam Ordinariorum Episcopi Metensis habetur alia hujus Const. ed. 29. Oct. 8. P. 6.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinationes in praefatis foliis contentae, irritae declarantur.

§.1. CUM ad Apostolatus nostri notitiam pervenisset, in vulgus circumferri quadam folia Gallico idiomate typis impressa sub titulo = Mandement de Monseigneur l'Evêque d'Auxerre, qui defende reciter l'Office imprimé sur une feuille volante, qui comence par ces mots. Die 25. Maji in Festo S. Gregorii VII. Papae, & Confessoris Danud à Regennes ce 24. Juillet 1729. = Nos quamplures ex Venerabilibus Fratribus Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, aliosque in Sacra Theologia Magistros ad illorum examen delegimus, qui post maturam eorumdem foliorum discussionem, quid sibi ea super re videretur, Nobis retulerunt. Auditis itaque memoratorum Cardinalium, & in Sacra Theologia Magistrorum sententiis, de Apostolicae potestatis plenitudine, Ordinationes in praefatis foliis contentas nullas, inanes, invalidas, irritas, attentatas, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore tenere praesentium declaramus.

§.2. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolutis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus; folia vero praedicta tam impressa, quam etiam manu scripta legi, seu retineri tenore pariter praesentium prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino quoque interdiciamus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque folia hujusmodi penes se haberint, illa statim, atque praesentes literae eis innotuerint locorum Ordinariis, vel haereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero, ea sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§.3. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, vo-

Man datur publicatio harum Literarum.

lumus etiam, & auctoritate praefata decernimus, ut illae ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum ac Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Florae de Urbe per aliquos ex Curforibus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, & sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent.

§.4. Utque ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem profus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae eisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris XVII. Septembris MDCCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Fides habenda transumptis.

CCLXXXV.

Erigitur Primaria Congregatio vulgo nuncupata la Buona Morte in Ecclesia Domus Professae Soc. Jesu, cum Indulgentiis per modum suffragii applicandis.

Dat. 23. Sept. 1729. Ann. 6.

Alia hujus Const. ed. 1727. Apr. 1. P. 3. erecta fuit Archiepiscopatus Concept. B. M. V. in Ecclesia de Avacali de Urbe.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris nostri Jesu Christi pro salute humani Generis in ara Crucis immolati vices, licet immeriti gerentes in terris, dum attendimus ad uberes fructus, quos ubique terrarum in Militanti Ecclesia Venerabilis Societas JESU verbo, doctrina, & exemplis in dies copiosius affert, ad illam peculiarem curam prospicimus, qua Christianifideles pretioso tanti Holocausti Sanguine redemptos, ex hujusmodi memoria ad pia, & salutaria opera ferventer excitat; Apostolici muneris nostri esse reputamus, spiritualium largitionum abundantiam desuper effundere, ut ipsorum fidelium sanctis hujusmodi operibus vacantium Religio, & devotio continuum suscipiat incrementum, hisque votiva salus proveniat animarum.

Procurium cum causa indictiva Indulgentiarum infra scriptarum.

§.1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti Filii Michaelis Angeli Tamburini moderni Praepositi Generalis Societatis JESU petitio continebat, quod a septuaginta annis, & ultra in Ecclesia Domus Professae ejusdem Societatis JESU de Urbe feria sexta (alias non impedita) cujuslibet hebdomadae, inibi vespere Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publice venerationis exponitur duo ex Presbyteris Regularibus d. Societatis ad infra scripta specialiter deputati pie Fidelium contemplationi acerbissima mortis

Primordia Congregationis Bonae Mortis.

De

Domini Nostri Jesu Christi in Cruce pendens, ejusque Genitricis B. Mariae Virginis ad Crucem adstantis dolorum, & lacrymarum monumenta variis colloquiis, precumque, recitationibus devote respective representant, ac verbum Dei salubres ad bene moriendum meditationes excitando in virtute etiam respective edocent, unde nonnulli Christianifideles piorum, & salutarium operum hujusmodi Infituto moti se invicem in dicta Ecclesia congregari coeperant, & circa praemissa vacantes ab inde citra Christianifidelium Congregatio sub titulo, & denominatione Domini Nostri Jesu Christi in Cruce moribundi, ac Beatissima Virginis Mariae ejus Genitricis dolorose della Buona Morte nuncupari coepit, & nuncupatur ad praesens; eidemque Congregationi quaedam propterea Indulgentiae, etiam per modum suffragii applicanda cum nonnullis relaxationibus a fel. rec. Alexandro PP. VII. Praedecessore nostro sub certis modo, & forma tunc expressis successive concessa, fuit prout in literis Apostolicis ejusdem Alexandri Praedecessoris in forma Brevis sub Annulo Piscatoris desuper sub dat. Romae apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima prima Mensis Augusti anni Domini millecimi sexcentissimi quinquagesimi quinti, Pontificatus praefati Alexandri Praedecessoris Anno primo expeditis plenius continetur.

§.2. Cum autem, sicut eadem petitorio subungebat in diversis mundi partibus, & praesertim insignibus Europae Civitatibus dictae Societatis Domus professae, Collegia, & Residenciae respective fundatae existant, & in eorum respective Ecclesiis (ut plurimum diebus Dominicis) similiter non impeditis, dum in eis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publice venerationis exponitur, uno ex Presbyteris Regularibus dictae Societatis praemissa, ut praesertur, representante, edocente, Infitutum hujusmodi ad Dei gloriam, ac publicam salutem, & spiritualem consolationem, cum multiplici fructu exinde proveniente jugiter exerceatur: ac opera pretium sit, ut in primo dicta Ecclesia eorumdem Fidelium Primaria Congregatio, sub titulo, ac denominatione praefatis, ad laudabile eorum in piis operibus, & officiis hujusmodi studium nostris beneficiis, & Indulgentiarum praemiis conservandum, & augendum stabiliat, & instituat.

§.3. Quare pro parte dicti Michaelis Angeli Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei in praemissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur salutiferum opus hujusmodi plurimum in Domino commendantes, ac praemissis, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, ipsumque Michaellem Angelum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenisa jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon Alexandri Praedecessoris literarum pra-

Institutum Bonae Mortis in Ecclesiis Societatis ubi que terrarum exerceatur.

Primaria Congregatio praed. Infitutio.

fataram, tenores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, in primodicta Ecclesia unam utriusque sexus Christianifidelium primariam Congregationem sub invocatione Domini Nostri Jesu Christi in Cruce moribundi, ac Beatissima Virginis Mariae ejus Genitricis dolorose, vulgo della Buona Morte nuncupatam, quae per praefatum Michaellem Angelum, & pro tempore existentem Praepositum Generalem dictae Societatis, seu illo defuncto, donec alius ad officium Praepositi Generalis hujusmodi canonice assuatur per Vicarium etiam Generalem ejusdem Societatis dirigi debeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium, perpetuo sine tamen ipsius Societatis praedictio, erigimus, & instituiamus.

§.4. Ut autem primaria Congregatio hujusmodi pro gratiarum, & munerum caelestium largitione devotionis, ac pietatis jugiter proficiat incrementis de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus, & singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui deinceps in Sodales ejusdem Primariae Congregationis recipiuntur, die prima illorum receptionis hujusmodi, si sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in primodicta Ecclesia, aut ubicumque potuerint, ac in mortis articulo eo die sumperint.

§.5. Ac ipsis, & pro tempore existentibus dictae Primariae Congregationis sodalibus ubilibet degentibus similiter vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem, si id commode fieri poterit refectis, vel saltem, contritis in eorum mortis articulo pium nomen Jesu corde, si ore nequiverint, devote invocantibus, aut aliquod poenitentiae signum facientibus.

§.6. Insuper eisdem sodalibus qui etiam vere poenitentes, & confessi semel quolibet mense in una ex sextis feriis hebdomadae, seu in una ex diebus Dominicis cujuslibet mensis per eos ad sui libitum respective eligenda, prout expositio Sanctissimi Sacramenti vespere in qualibet ex dictis sextis feriis, seu diebus Dominicis fiet:

§.7. Necnon in Nativitatis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, ac Epiphaniae, & Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, ac Corporis Christi, necnon in Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Conceptionis, & Nativitatis B. M. Virginis, ac Nativitatis S. Joannis Baptistae, & singulorum Sanctorum Apostolorum, videlicet Petri, Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Philippi, Jacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis, Judae, & Mathiae, necnon S. Josephi, & Commemorationis omnium Sanctorum Fests diebus praefatum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in primodicta Ecclesia sumperint, ac inibi pias ad Deum preces, prout unicuique suggeret devotio, pro Christianorum Principum concordia, haereticorum extirpatione, haereticorum, & infidelium conversione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, ac nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis prosperitate devote

Concessio Indulgentiarum plen. pro Sodalibus in Infituto.

Et in una ex sextis feriis hebdomadae, seu una ex diebus Dominicis cujuslibet mensis.

Necnon festis Domini, ac B. M. V. Sanctorum Apostolorum S. Josephi, & aliorum &c.

E e e esse

essiderint, quo die singulorum festorum dierum huiusmodi id pro tempore fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & remissionem, Apostolica auctoritate misericorditer in Domino eorundem tenore presentium etiam perpetuo concedimus, & elargimur.

§.8. Illis vero, qui expositioni Sanctissimi Sacramenti Vespere, in qualibet ex dictis festis feriis, seu in qualibet ex dictis diebus Dominicis, ut praefertur faciendae devote interfuerint, & ut praefertur oraverint, aut corpus suum flagellaverint, seu ut vulgo dicitur disciplinam fecerint; septem annos, & totidem quadagenas.

§.9. Illis autem, qui de eorundem Sodalium numero existentium, vel aliorum Christianorum defunctorum corpora ad sepulturam Ecclesiasticam associaverint, aut infirmi, vel impediti auditu signo campanae genuflexi, si per infirmitatem licebit, orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro salute animae defuncti, vel corporis infirmi recitaverint; quique Congregationibus tam publicis, quam privatis, ac Divinis Officiis, spiritualibusque colloquiis, exhortationibus, & aliis Pii Officiis, etiam in sodalis, seu aliorum Christianorum defunctorum suffragium per praefatam Primariam Congregationem ordinandis, & ab ipso Michaeli Angelo, seu pro tempore existente Praeposito, seu Vicario Generali approbandis ac diebus feriatis Missae Sacrificio interfuerint; aut Vespertino tempore, antequam cubent, conscientiam suam diligenter examinauerint, seu pauperes infirmos, tam Sodales, quam alios in Hospitalibus, vel privatis Domibus, necnon Carceratos visitaverint, quoties horum quodvis fecerint unum annum de eis iniunctis, vel alias quomodolibet debitis poenitentis Apostolica auctoritate, & tenore similibus, etiam misericorditer in Domino relaxamus.

§.10. Insuper ne praefati Sodales, si aliquando eos ab ipsa Vrbe abesse, vel alibi commorari contingat, huiusmodi Indulgentiarum, & aliarum gratiarum spiritualium effectu, & fructu frustrati remaneant, eisdem Sodalibus extra Urbem locorum pro tempore commorantibus, ut in locis, ubi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, opera praedicta, quae ipsi Sodales in Vrbe praesentes pro singularum Indulgentiarum, remissionum, & relaxationum huiusmodi consequutione observare deberent; apud Ecclesias eorundem locorum, aut alibi, prius poterunt, observando, & exequendo; omnes eandem Indulgentias, remissiones, & relaxationes habeant, & illae eis pariter suffragentur.

§.11. Necnon tam in Vrbe praesentes, quam alibi ubivis locorum commorantes Sodales Primariae Congregationis huiusmodi, qui singulis Quadragesimalibus, & aliis anni temporibus a diebus Stationum Ecclesiarum dictae Urbis, & extra illius muros, quae a Christianis pro consequendis Indulgentiis, & remissionibus visitari solent; dictae Societatis, si ibi fuerit, alioquin aliam Ec-

Indulgentia 7. annorum pariter conceditur illis, qui expositioni Venerabilis interfecti, aut disciplinam fecerint qualibet feria sexta, seu die Dominica.

Indulgentia aliam annuam, quoties quovis corpora defunctorum associaverint aut alia opera exercuerint &c.

Sodales ubivis locorum possunt consequi praefatas Indulgentias.

Indulgentia Stationum Urbis visitationis Ecclesiarum Societatis ubi adsit, vel aliam quancumque.

clesiam, seu Cappellam, in locis, ubi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, ut praefertur, devote visitaverint, & ibi septies orationem Dominicam, & septies salutationem Angelicam recitaverint tot & eisdem Indulgentias consequantur, quas consequentur, si iisdem temporibus, & diebus singulas Ecclesias dictae Urbis, & extra illius muros huiusmodi pro iisdem Stationibus, & Indulgentiis consequendis deputatas personaliter visitarent, ac omnia, & singula, quae pro huiusmodi gratiarum executione quomodolibet requiruntur, plene adimplerent.

§.12. Praeterea eidem Michaeli Angelo, ac pro tempore existenti dictae Societatis Praeposito, seu Vicario Generali, ut in quibusvis aliis dictae Societatis Domorum professorum, & Residentiarum extra Urbem praedictam per universum Orbem nunc, & pro tempore existentibus Ecclesiis, pro eorundem piorum operum incremento, quascumque alias aliorum utriusque sexus Christianorum Congregationes sub titulo, & denominatione praefatis, quae ab ipsa Primaria Congregatione, tanquam membra a capite dependant, auctoritate nostra sine tamen Societatis, aut Domorum professorum, Collegiorum, & residentiarum Ecclesiarum huiusmodi praedictae erigere, & instituire, illisque eidem Primariae Congregationi aggregare, ac eis sic erectis, institutis, & aggregatis, earumque Sodalibus praedictis, ac omnes, & quascumque alias Indulgentias, peccatorum remissiones, relaxationes, gratias, & facultates tam spirituales, quam temporales a Nobis dictae Sede Primariae Congregationi huiusmodi de cetero concedendas, itaut Sodales aliarum Congregationum huiusmodi observantes, & exequentes ea, quae ipsius Primariae Congregationis Sodales pro Indulgentiis, & remissionibus, & relaxationibus huiusmodi consequendis observare, & exequi debent, eandem Indulgentias, peccatorum remissiones, & relaxationes pariter consequantur (facultate aggregandi, & gratias huiusmodi alijs concedendi dumtaxat excepta) communicare.

§.13. Necnon tam Primariam, quam omnes, & singulas ei aggregandas Congregationes huiusmodi per se, vel alium, seu alios eiusdem Societatis Presbyteros Regulares idoneos ad id ab eo deputandos visitare.

§.14. Et pro earum felici statu, regimine, & directione quaecumque Statuta, Constitutiones, & Decreta, licita tamen, & honesta, Sacrisque Canonibus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Concilii Tridentini Decretis non contraria, necnon ab ipso Michaeli Angelo, & pro tempore existente dictae Societatis Praeposito, seu Vicario Generali, si per alium, vel alios deputandos huiusmodi fiant, examinanda, & approbanda edere, ac postquam edita fuerint, quoties pro eorum, & temporum qualitate, aut alias expediens ei videbitur immutare, corrigere, moderari, & reformare, aut alia ex integro condere libere, & licite valeat; eisdem auctoritate Apostolica, & tenore similiter perpetuo concedimus, & indulgemus.

§.15. De-

Facultas pro Praeposito seu Vicario Gen. alias Congregationes aggregandi.

Congregationes visitandi

Statuta condendi.

Præfatis litteras non comprehendit sub quibusvis etiam Cruciae Sanctae concessionum revocationibus.

§.15. Decernentes Statuta, Constitutiones, & Decreta huiusmodi, postquam edita, immutata, correctata, moderata, reformata, & condita fuerint ab omnibus Sodalibus praedictis inviolabiliter observari debere, ac praesentes litteras sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus Indulgentiarum, & aliarum gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam in favore Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, seu Cruciatæ Sanctae, aut alias per Nos, & alios Romanos Pontifices Successores nostros, aut dictam Sedem, etiam motu proprio, & consistorialiter, & ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, seu ad quorumvis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore quomodolibet factis, minime comprehendit, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas esse, & censeri, necnon omnibus quolibet concernunt, suffragari debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§.16. Non obstantibus praemissis, ac nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis de Indulgentiis, etiam ad instar non concedendis, & clausulis in illis ponendis; aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio habenda, seu quaelibet alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus etiam pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque: Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Præfatis Indulgentiis per modum suffragii applicari possunt.

Transumptis adhibeatur fides.

§.17. Volumus autem, quod praefati Sodales dictae Primariae Congregationis omnes, & singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, & relaxationes huiusmodi ab ipsis, ut praefertur consequendas, etiam per modum suffragii pro animabus Christianorum defunctorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, applicare possint.

§.18. Praeterea etiam volumus, quod eorundem praesentium transumptis etiam impressis Procuratorii Generalis ipsius Societatis, vel Notarii publici manu, & Persona alicujus in Ecclesiastica dignitate constitutae, vel pro tempore existentis Praepositi, aut Vicarii Generalis eiusdem Societatis Sigillo munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in iudicio, & extra adhibeatur, quae

adhiberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae, vel ostensa.

§.19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, erectionis institutionis, concessionis, elargitionis, relaxationis, Indulti, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei aulo temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae MDCCXXXIX, Nono Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCLXXXVI.

Insignitur poena in Depositarios, Ministros &c., qui alienam pecuniam sibi creditam, & depositam fraudant, necnon poenae ultimi supplicii, tam in Vrbe, quam in toto Statu subijciuntur.

Sanctio poenalis.

Data 28. Sept. 1729. An. 6.

De simili re vid. Const. Pii V. ed. 1570. Nov. 1. P. V. & alia huius Const. ed. 1723. P. 3. nonnulla decreta fuerunt contra gabellarum fraudatores.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. JAM dudum non sine ingenti dolore aures nostras perturbat frequens rumor de non nullis in hac alma Vrbe nostra alieni aeris, & pignorum depositariis, arcariis, custodibus, subcustodibus, exactoribus, rationariis, & computorum scriptoribus, aliisque huius generis Officialibus; & Ministris, qui fide sibi data, sui que muneris commodo nefarie abutentes, ut voluptatibus, aliisque execrandis male agendi occasionibus causisque improbe obtemperarent, vitii que alacrius, & liberius indulgerent, rem ac pecuniam sibi creditam, ut depositam inque arca servatam, pro arbitrio usurpantes, pignora apud se custodita iterum oppignoraverint: quod non solum in Camera Nostra Apostolica, sed in Montis Pietatis, & publicarum ad numularios pertinentium mensarum, ceterorumque locorum, & piorum operum damnun longe gravissimum redundavit, propterea quod infames fraudulentum huiusmodi officiales qui rem suam decoxerant, omnino impares essent integrandis, ac restituendis pecuniis, quas ipsi, proprio vel alieno commodo inservientes, antea pessumdedissent, scientibus, & de compaeto cum iis participantibus doloque operam suam conferentibus rationariis computorum scriptoribus, subscriptoribus, aliisque eorundem mensarum, & locorum piorum Ministris & Officialibus.

Alieni aeris, & pignorum depositariis, & Ministris publicum, & privatum, damnun fide sibi data abutentur.

§.2. Nobis etiam innouit jam dictos Officiales, maximae suae temeritati confisos, ut actionem Criminalem vaferime declinarent,

Ut actionem Criminalem declinarent fides praetextus

E e e 2

vel.